INCIPIT LIBER EPISTOLARVM AVRELII AVGV
STINI EPISCOPI HIPONENSIS DOCTORIS
EXIMII EPISTOLA PRIMA AD
VORVSIANVM

DE SALVTE TVA QVAM
& in hoc seculo & in christo esse cupio
sancte matris tue uotis sum fortasse &
ipse non impar Vnde meriti tui red
dens salutationis obsequium: hortor ut
ualeo ut litterarum uere certeq; sacta
rum te curam non pigeat impendere
Sincera enim & solida res est: nec fu
catis eloquiis ambit ad animum nec
ullo lingue tectorio inane aliquid ac
pendulum crepitat Multum mouet
non uerborum: sed rerum auidum
& multum terret factura securum Precipue apostolorum linguas exortor
ut legas Ex his enim ad cognoscendos prophetas excitaberis quorum testi
moniis utuntur apostoli Siquid aut uel cum legis uel cum cogitas tibi ori
tur questionis in quo dissoluendo uidear necessarius scribe ut rescribam.
Magis enim hoc forte adiuuante domino potero q presens talia loqui tecu:
non solum propter occupationes uarias & meas & tuas Quoniam nec michi
uacat occurrit ut & tibi uacet Verum etiam propter eorum irruentem
presentiam qui plerumq non sunt apti tali negocio magisq lingue certami
nibus q scientie luminibus delectantur Quod aut scriptum habetur sep
uacat ad legendum cum uacat legenti nec onerosum fit presens: quod cu
uoles sumitur: cum uoles ponitur.

Domino uere sancto ac merito uenerabili pri augustino episcopo Volusian9
Cui me uir probitatis tui hinc documentum ut aliqua ex
ambiguis lectionis pre discenda percunter Amplector gram
muneris imperati neq libenter in disciplinas tuas offero uere
ris sententie auctoritatem secutus: que nullam ad perdiscen
dum habundare credit etatem Nec immerito sapiens pre
dente studia nullis terminis: nec fine conclusit quando primordiis suis

Das erſte Blatt einer Pergamenthandſchrift der Corvina (König Matthias-Bibliothek).